illius fuiſſe precipuam ⁊ exquiſitam· ¶ Item ſecūdo ex eo ꝙ in cōiugio cū no
biliſſimo iuuene in eodem cubiculo dormiendo illā cōſeruauit in tam magna
licentia copule ad bonū prolis mrīmonii cōſequēdū qđ quidā negari non pōt
etiā admirabile valde fuiſſe ſuper quo dn̄s Karolus frater eiꝰ cū a familiari-
bꝰ hoc intellexiſſet captata oportunitate latēter eoꝝ cubiculū ſubintrans inue
nit eos nō vt cōiuges delitias carnales ſectantes ſed velut deuotos religioſoſ
laneis ⁊ aſperis indutos tunicis dimiſſo delicato lecto in pauimēto ſeꝑati dor
mientes vn̄ eos tanq̃ ſuperſtitioſos ⁊ fatuos arguebat cuius deriſiones equa-
nimiter tollerātes a propoſito caſtitatis minime deuiarūt· ¶ Itē ex eo ꝙ elap
ſis poſtmodū fere quinq̃ annis poſtq̃ ſcā mr̄ eius birgitta romā venerat iam
p̄mortuo vlphone marito magno cepit deſiderio feruere ad romā peregrinan
di ita ꝙ p ſuſpiriis cottidianis languida apparebat qđ vir eiꝰ ꝑpendēs iamdiu
expertus eius ſtabilitatē ⁊ integritatē cognouit hanc eſſe inſpiratōem diuinā
iō q̄uis eam tenerrime diligeret cōſenſit ⁊ q̄uis vereret̄ ne ꝑſone tam elegāti
⁊ iuuenis annoꝝ· ſ· xviii· aliqd aduerſum in tam longinq̄ peregrinatiōe accidēt
ſilr̄ ⁊ auunculus eius dn̄s iſrl̄ eandē exortatꝰ eſt vt a ſancto ꝓpoſito nō excide
ret ꝓpter minas dn̄i Karoli fratris eius· vn̄ cum· d· goſcano merſcalcho ſue-
tie ⁊ duabꝰ aliis dn̄abꝰ regni ſuetie nauē aſcēdit qbus ſemꝑ fideliter comitata
romā vſq̃ ꝑuenit· ¶ Itē ex eo quoq̃ ꝙ poſtq̃ applicuit ad mr̄ez hūerūt ſemꝑ
ſecū duos alios ſeniores maturos ꝟtuoſos ac ꝟgies ⁊ exptos pr̄es ſpūales cū
qbꝰ uſq̃ ad mortē ꝯuerſate ſūt· Cōgruū enī erat ꝙ ille caſtiſſimꝰ ſponſus qui
ſuā mr̄em virginē diſcipulo virgini cōmendauit etiā hanc ſuā nouā ſponſam
virginē regendā virginibus pr̄ibus cōmēdaret quoꝝ vnꝰ monachꝰ noīe dn̄s
frater petrus ⁊ prior ciſtercieñ religioſiſſimꝰ i monaſterio aluaſtri ꝓpe vaſtañ
erat virgo carne ⁊ ſcia litteratꝰ q tranſlatauit reuelationes matris eius de ling
ua materna in latinum vt patet in fine prologi libri celeſtis· immo in· c· iii· epi
ſtole que dicitur epiſtola ſolitarii ad reges· Alter vero pater ſpūalis fuit pres
byter qdā de ſuetia virgo etiā venerabilis ⁊ ſanctiſſime vite noīe petrꝰ olaui
dioc̄ lincopeñ q etiā hodie dr̄ clarē miraculis hic totā domū p̄dcāꝝ dn̄aꝝ re-
gebat eaſq̃ ḡmaticā ⁊ cātū ex p̄cepto xp̄i docuit qbus ſemꝑ obediuerūt ſicut
hūiles mōachi p̄lato ſuo· decebat nāq̃ vt ait ābro· ſup lucā ꝙ q̄to caſtior vir
go tāto hūilior eſſꝫ· nouit· n· deferre ſenibꝰ ingr̄a hūilitas i q̄ ē pfectō charitas

Eſt ⁊ cauſa pietatis·eſt etiã norma doctrine·ſingulis dieb⁹ cõfitebantur qñq;
tribus vicibus·sacr̃m corporis xp̄i cum magna deuotõe ⁊ humilitate ſingulis
diebus dominicis ſumebant·ſemper viuentes in magnis ſecretis penitentiis
corpalibus quas nõ oculis hoim ad vanam gloriã· ſed ſoli deo humiliter offe
rebant in ſimplicitate cordis ⁊ puritate ſpũs ſub predictoꝝ duorum patrũ hu-
mili ſubiectõe ⁊ cõtinua obeia vt ſcribitur in epl'a ſolitarii de· diſcretõe viſio-
num·c·iii·Cum ſanctis ergo ſancta fuit ⁊ cũ innocentibus innocens·⁊ cũ elec
tis electa fuit·iuxta prophetã pſ̃·xvii·Ni mirum quãuis enim etiã in virgini
tate cum viro ſuo in cõiugio vixerat timebat tñ iuuenilis fragilitatis periculũ·
Vnde legitur ꝙ quodã ſabbato cum ad ſacramentũ corꝑis xp̄i accederet au-
diente ſacerdote orabat·O amantiſſime redemptor qui hoc corp⁹ de inteme
rata virgine ſumpſiſti ⁊ in crucis patibulo diſruptis neruis ⁊ venis amariſſime
extendi voluiſti ego indigna peccatrix per ineffabilem miſericordiã tuam te
deprecor vt cõſeruare me digneris ne cadam in peccatũ ⁊ quia egregiũ mili-
tem mortalem habui per gratiã tuam pudicitie mee cuſtodẽ de cuius mõ ſolu
ta ſum cõiugio aliũ per gratiam tuã efflagito caſtitatis mee zelatorẽ mil itẽ il-
lum nobiliſſimũ ſebaſtianũ cuius me cuſtodie ⁊ cure piiſſime ihesu ꝯmittere
digneris·cuius oratio ex ſ̃dictis ⁊ infra dicendis apparet exaudita·Ex eo pre
ſertim ꝙ etiã legitur de ſancta illaꝝ peregrinatõe quã fecerunt ad aſſiſium ad
viſitandũ eccleſiam de portiuncula ex reuelatõe ſancti franciſci apparet eui-
denter q̃nta fuerit cura deo ⁊ beate marie de huius beate catherine virginitate
cõſeruanda nam ꝑ ſtupenda miracula euaſit manus latronũ ardentiũ illaꝫ inho
neſte violare prout latius infra patebit in quīto fundamẽto vbi de peregrinati
onibus eius dicetur·Item ex eo ꝙ legitur cõtigiſſe in quodã feſto Rome cũ
ipſa cum multis matronis nobilibus romanis ad ſanctuꝫ ſebaſtianũ ex̃ muros
pro indulgentiis proficiſceretur comes quidã cum magno comitatu inter vi-
neas latitans ⁊ obſeruans illam cupiebat arripere ſed deo nolente feſtino cur
ſu ceruus ei obuiam venit cuius venatõi illis nutu dei occupatis beata cathe-
rina cũ aliis matronis concito greſſu in vrbem ſe recepit eiq; veniẽti ſcã mat̃
eius que in ſpũ cognouerat periculũ ait benedictus ſit ceruus q te ab inſidiis
rugientis aduerſarii hodie miſericorditer liberauit ſicut mihi exñti in oratiõe
glorioſa mr̃ dei oſtendẽ dignata eſt·Itẽ ex eo qδ cõtingit inſtãte ſolẽnitate ſã
cti laurẽtii·nã cũ i vigilia eiuſdẽ ſcãꝫ mr̃ eius filie dicẽt·Cras ꝑ dei gratiã pa
riter ibimus ad·s·laurentium et timeret beata catherina illius comitis icurſuꝫ
egredientes tñ domum ⁊ ſe ſigno crucis quinquies munientes ad eccl'am ſan
cti laurẽtii ſecure ꝑuenerũt ipſi comiti illam expectanti ut raperet apparuit eẽ
adhuc noctis tẽp⁹ q̃uis dies alta circũlucẽt ⁊ ſol in alto eſſet ex quo cognouit
idẽ comes manũ dei ꝯ ſe extẽſam eſſe apperiẽſq; oculos nihil videbat ſꝫ eo p̄
cipiẽte duct⁹ eſt ad eandẽ eccl'am·s·laurẽtii vbi cũ veniſſet reqſiuit a famulis
ſuis ſi ibi dñaꝫ birgittã ⁊ eius filiã viderent q rñderũt ꝙ illic erãt ⁊ continuo
mãdauit ſe ad ipſas ꝑduci ⁊ proſtrat⁹ cum fletu magno veniã petiit ꝓmittẽs ꝯ

cetero ſe talia nō attēptare ſicqꝫ ꝯtinuo illis pro eo oratibus lumē oculoꝝ rece
pit narrauitqꝫ comes iſte grām hmōi coraz dño vrbano papa·v· ⁊ cardinalibꝰ
eiꝰ·hec igiť teſtimonia ꝯſeruate virginitatis tāqꝫ diuinū teſtimoniū ſufficē ꝑ
fecto debēt qꝛ ſi teſtimoniū hoim accipimꝰ teſtimoniū dei maius ē teſte Jo·
apl'o Q̄ūo autē debeat intelligi articulus·lxxi·ꝙ·ſ·btā catherina vouerit virgi
nitatē ⁊ tamē deꝰ ordinauerit ꝙ nuberet hōi hūti domuz ⁊ veſtes ⁊c· declarat
do·Jo·de turre cremata in defenſorio reuelationū ſup articulo·l·

Irca quartuz vero videlicet circa eius religionē mundā ⁊ imacu-
latam·Dico ꝙ ex vite eiꝰ proceſſu ltie ꝯſtat ·Poſtqꝫ deuote ac ſo
lenniter eius matrē beatā Birgittā Ro· in monaſterio paniſpne
ſepeliri curauit dimiſſo vno brachio matris eiꝰ p̄fate in dicto mo
naſterio reliq̄ eius oſſa in patriam ꝓpriam reduxit ⁊ honorifice locauit in mōſ
terio vaſteñ ⁊ in eo vſqꝫ ad eius obituz ſub obſeruantia regulari vixit vt abba
tiſſa cōſecrata de cuius conſecratōe atteſtatur teſtis examīatus in proceſſu de p̄ti
bus in quo qdez monaſterio ſub regulari obſeruantia noui ordō ſancti ſaluatoris
⁊ regula ſancti Aug' altiſſimo deuote famulanť cōtinuo moniales numero·lx·
⁊ pbr̄i capellani·numero·xiii·diacōi quatuor· ⁊ octo cōuerſi·iuxta ordinationē
a criſto reuelatā·Sancte birgitte matri ſue de qua in libris reuelationū eiuſdē
S·birgitte legitur ⁊ apparet ſaluo eo·modico tp̄e quo nouiſſime peregrinata
eſt romaz ſolicitatura canonizationē eiuſdē matris eius·⁊ exiñ vſqꝫ ad neapoliz
ad conſcribendū miracula ⁊c·prout in ſequentibꝰ patebit· ¶Circa qd' eſt attē
dendū ꝙ ſecundum·ſ·tho·ſecunda ſcd̄e·q·clxxxi virtus eſt religio reddens debi
tum honorem deo ⁊ importat religio ordinem ad deum ad quem ordinat ho-
minem· Et dicitur a frequenti electione diuini cultus vel ab iterata electionē
dei negligenť amiſſi vel a religando ⁊ qa exhibet reuerentiā dō ſub vna rōne
vt eſt primum principium recreationis ⁊ gubernatōis reꝝ dicitur vna virtus
Preferturqꝫ aliis virtutibus moralibus illiſqꝫ imperat ⁊ duplices actus habet
ſ·elicitos vt ſacrificare adorare ⁊ hmōi ⁊ impatos·ſ·actus aliaꝝ virtutū· Itez
interiores vt principaliter ⁊ pſe ⁊ exteriores vt ſecūdarios ⁊ propter interio-
res oēs tñ actus eius ꝑtinent ad cultum dei ⁊ ad ſeruitutē eiꝰ,⁊ primū reſpicis
excellentiā dei·Scd̄z vero ſubiectōem hominis·Et nominat ſtatum ꝑfectio
nis cū ſtatus eius ordinet ad perfectōem charitatis ſicut ad finem·Diciť etiā
ſtatus pn̄ie exercitiū·⁊ ſcola perfectionis ſcd̄m eundē quolibeto quarto vbi ēt
dicit ꝙ eſt ſpūalis milicia ꝓficientibus·⁊ exercitiū tyrocinii incipientibus· et
ꝙ p̄fertur elemoſynis ⁊ virginitati ſeculariū ſcd̄a ſcd̄e·q·clii· Et ē ſecurior ſta
tus religionis qꝫ ſtatus prelatoꝝ qꝛ ignorantia non imputatur eis ſicut prelatis
Et ad religionis ꝑfectionem requiritur volūtaria paupertas vt primū funda-
mentum·Item perpetua continentia·Tertio obeia ⁊ pñter votuz eoꝝ triplex
quia ex hiis integratur religionis ꝑfectio·votum tamē obeie eſt precipuū iter
ipſa tria·Sub voto tñ religionis non cadunt interiores actus virtutū· Requi
rit etiā ſubtractionē impedientium hominē ne totaliter ferať ad ſeruitium dei

⁊ iō habere aliquid propriū repugnat ꝑfectōi religionis non aūt in cōi licet a
liqualiter īpediat ſi ſuꝑhabundet ſcđm eundem ſcđa ſcđe.q.clxxxviii. ¶ Sciē
dum eſt etiā ꝙ in ingreſſu religionis recipitur tanta gratia quāta in baptiſmo
⁊ remittitur omnis pena ſcđm eundē ſuꝑ quarto di.iiii.q.iii.licet nemini īponi
poſſit pro penitentia ⁊ canones in oppoſitum loquuntur de conſilio vt dicit ſu
per quarto diſtinctione decimaſexta peccatores tn̄ ſunt maxime attrahēdi ad
religionē ut pro peccatis p̄teritis pn̄iam agant ⁊ futura caueant ſcđm eundem
quolibeto tertio.q.v. ⁊ tales facilius cōuertantur ad religionē q̄ꝫ preſumentes
de ſua innocētia ut dicit ſecūda ſcđe.q.clxxxix. ¶ Itē laudabile eſt ⁊ meritoriū
valde obligare ſe voto ad religionē.xxviii.q.i. iam nunc nō.in.c. licet de voto
non tn̄ tenetur ibi perpetuo ſtare niſi hec intenderit. Nec tenetur hr̄e ꝑfectā
charitatē ſed ad hoc tm̄modo tendere ⁊ operā dare nec ad ea tenetur que ꝯſe
quūtur perfectōem charitatis ſed ad hoc tendere non cōtemnendo. Nec tene
tur ad oīa exercitia ꝑ que peruenitur ad perfectōem.ſed tm̄modo ad taxata ſe
cūdum regulam ſuā. Nec tenetur ad oīa cōſilia de particularibus melioribus
Sed ad eſſentialia religioni. Nec etiā tenetur ad alia q̄ꝫ ſecularis niſi que ad
eoꝝ vota ptinent ⁊ iō nec ad opera manualia qluſq̄ꝫ ſecularis niſi ad que obli-
gantur per ſtatuta ordinis ſui.nec tenetur egredi religionē ut parentibus ſub-
ueniant ſed ꝓcuret eis ſicut pōt cum licētia vt ſcđa ſcđe.q.ci. articulo.iiii. Et
pūt diſcurrere cā predicatōis non aūt ex incōſtantia leuitate cupiditate aut cā
nocēdi ut ipſe dicit in opere ſuo ſuper euāgeliis.xix.c.xii. ¶ Pro religioſis ēt
preſumit̄ ſemper in bonū ⁊ ꝙ ſi litigant foueant iuſtam cām cum ipſi ſua dimi
ſerint ꝓpter deū.c.nimis iniqua de exceſſ.platoꝝ.c.cū ex iniuncto.§.ſuper de
ope.no.nūcia. vnde nō preſumitur ꝙ appetant aliena.xii.q.i.expedit ⁊ in ſimi
li.ix.q.iii.lugdun̄. Religio aūt huiꝰ beate catherine eſt ſub obſeruantia ſancti
auguſtini ⁊ regula ſancti ſaluatoris dictata ꝑ xp̄m matri eius ſancte birgitte ad
īſtar regule monachoꝝ dictate ſilr̄ per xp̄m ore proprio btō magno patri pa
comio. Necnō etiā ad ſimilitudinem regule magni doctori ſancti baſilii quā
dictauit angelus hoc eſt chriſtus caput angelorum per mediū ipſoꝝ angeloꝝ
quā quidā regulam ſancti ſaluatoris gregorius.xi.⁊ deinde vrbanus.vi. ea pri
us exactiſſimo examini cōmiſſa cōfirmarunt vt patet ex lr̄is ꝯfirmatōis vrba-
ni.vi.ſub data rome apud ſanctam mariā in trāſtiberim tertio nonas decēbris
pōtificatus ſui anno p̄mo. Cuius tenor eſt talis vrbanus ⁊c. Iuxta quod elegā
ter firmat abbas in ſuo ſolēni cōſilio.viii.quod incipit xp̄i ⁊c. primo videtur.
Examinatores aūt fuerunt Eleazarus pbr̄ cardinalis ſcē balbine necnō nulli
alii ſcē romane eccl'e cardinales ⁊ alii prelati ac mgr̄i in ſacra theologia et de
cretoꝝ doctores ⁊c ad ipſius beate catherine inſtantiā. Demū etiam iteꝝ ex-
aminata ꝑ quendā ep̄m vrbeuetanū ac quendā mgr̄um leonardū de carithia.
Itē quendā mgr̄m iohannē de baſilea. Necnō etiā mgr̄m iohannē de ligna-
no.⁊ dn̄m alfonſum epiſcopum gieū p̄fatum.⁊ quendam matheū de cracouia.
fuerūt eidem facte certe vtiles additōes ſiue declaratōes ſuꝑ nōnullis dubiis

cum matura deliberatione ⁊ digeſta conſilio. per Reuerē. do. cardinalem de
nuceria ſummum penitentiarium eiuſdem domi. vrbani. vi. vna cū omnibus
ſup̄nominatis. Necnon deuotiſſimo ⁊ ſancte vite viro fratre ſancio de hyſpa
nia priore monaſterii ſancti Jero. de quarto dioc. Januen̄. ord. ſancti Jero.
vt patet ex libellis ſup̄ inde confectis ⁊ litteris eiuſd. domini cardinalis ad ab
batiſſam de ſuetia ⁊ moniales dicti monaſterii ſancte Marie de vaſteno tran
ſmiſſis ſub data Janue. viii. Aprilis. viii. Indictione. ¶ Forma aūt ꝓfeſſio
nis cōtinetur in bulla dn̄i vrbani. vi. confirmantis eā. ¶ Et notand. q̄ xp̄us lo-
quens in fine regule ait Ego qui dixi ego ſum paſtor bon⁹ ego ipſe oēs meos
ſeruare volo qui in eam intrauerint pro omnibus mortalibus inimicis ⁊ in ōni
regno ſeu terra aut ciuitate in quibus monaſteria huius regule cuꝫ vicarii mei
licencia conſtructa fuerint poſtq̄ ꝯſummatū eſt monaſterium quod primū con
ſtitui augebitur ibi pax ⁊ cōcordia ⁊ hic adde quod dicit Jo. de turre cremata
in. c. c. v. defenſorii reuelationū ⁊ i articulo. lix. ſumpto ex. c. cxxix. libri reuela
tionū vbi habetur indulgentia profitentium hanc regulam.

Circa quintū videlicet peregrinatōes ſanctas ⁊ diuturnas. ¶ Sci
endum eſt primo hanc glorioſam xp̄i ſponſaꝫ iuuenem ⁊ formoſaꝫ
defuncto iam patre ſuo ⁊ matre Rome degente obtenta a marito
ſuo licencia ex patria aquilonari ad occidentalem vꝫ vſq̄ Romaꝫ
cū honeſta comitiua peregrinata eſt vt limina apoſtoloꝝ ⁊ alias vrbis indulgē
tias ac etiam ſanctam matrem eius viſitaret. deinde cum eadem matre ad ſcm̄
nicolaum ⁊ ciuitatem baren̄. et ad ſanctum angelum in monte gorgano. regni
Neapolitani. Et deinde votum iheroſolimitanū perſoluerunt. demū mortua
matre Rome illius oſſa cū ſumma reuerentia in patriā reportauit poſtmodūq̄
iterum Romā rediens ꝑ Sancte matris ei⁹ canonizatione obtinenda multis
claruit virtutibus ⁊ meritis vſq̄ ad reditum eius ſecundo in patriam. ¶ Circa
quod eſt attendendum q̄ mulier cōiugata ⁊ vir poſſunt obtentu ꝯſenſu mutuo
libere votum peregrinatōis pſoluere. Quinimmo vir pōt etiā in vita vxore il
lud perſoluere licet non eꝫ iuxta ea que habentur in. c. quod ſup̄ his in fi. ⁊. c.
ex multa. §. quod aūt ⁊. § in tanto de uoto. ⁊. xxxiii. q. v. quod deo. ⁊. c. i. ⁊. xxvii.
q. ii. Si tu abſtines. ⁊. xxxiii. q. iiii. voluit ⁊ ꝑ ſanctum Tho. ſup̄. iiii. di. xxxii.
¶ Sciendū eſt autē q̄ cum beata Catherina nauigaret ad Jeruſaleꝫ cū ſancta
Birgitta matre eius vt refert do. alphonſus epūs gien̄ eaꝝ comes in peregri
natione illa examinatus per iuramentū in proceſſu canonizationis eius ſancte
Birgitte fol. cccxxxii. q̄ cum applicuiſſent prope Jeruſalem ⁊ Jopeꝫ ⁊ galea
in qua erant rūperetur ⁊ repleretur aqua ⁊ res ſue in mari ſubmergerētur dixit
mater filie ⁊ ipſi teſti habuiſſe in reuelatione q̄ nullus in illa galea ſubmerge
retur q̄ ⁊ verum fuit nam oēs ſani ⁊ incolumes applicuerunt in Jeruſalem ad
ſimilitudinem apoſtoli pauli. actuū. xxvii. c. Multa etiā alia picula in mari in
dicta peregrinatione tam in eundo q̄ in redeundo patientiſſime tollerarūt q̄d

ipſis ad veꝝ martirium aſcribi poſſet. ſ. deſiderio. ¶ Et ſubdit ipſa eo. li. reue
lationum .c. xi. ꝙ quãuis non omnes effuderint ſanguinem ſuum ꝓ nomine ieſu.
nihilominus tñ eandē mercedem habebunt ſi habent voluntatē darē vitã ſuã
ꝓ eo tpe ſe ſic offerente ⁊ neceſſitate fidei ingruente ecce quãtum bonum vo
luntas facit ſic legitur de ſanctis martino ⁊ franciſco ⁊c. hoc idē referunt ⁊ at-
teſtantur. d. magnus petri Lincopeñ dioc. ⁊ ſoror praxedis de hiſpania habi
tatrix in heremitorio ſancti Bartholomei de ſpoleto ſiue de lapide. ⁊ ipſa btã
Catherina iurati in canonizatiõis eiuſdē ꝓceſſu ſancte Bir. Ex qua qdē ꝑegri
natione ad ihrlm dicendũ eſt illaꝫ cõſecutã priſtinã innocentiã vt pꝫ ex. xiiii.
c. libri. vi. reuelationũ vbi xpũs dixit ſibi ⁊ matri qñ intraſtis templum meuꝫ
dedicatũ ſanguini meo ſic munde fuiſtis ab oĩbus peccatis veſtris ſicut ⁊ tunc
leuati eſſetis ex fonte baptiſmatis ⁊ ꝓpt labores et deuotionē veſtrã alique
aĩe ꝯſanguineoꝝ veſtroꝝ que erant in purgatorio hodie liberate ſunt nã oẽs q
veniunt ad locum iſtũ cum voluntate ꝑfecta ſe emendandi iuxta melioreꝫ con
ſcientiã ſuam nec volentes recidiuare hiis etiã peccata ꝑ̃ora totaliter dimittũ
tur ⁊ augetur eis gratia proficiendi. ¶ Legitur etiã in legenda ſua alia deuota
ꝑegrinatio. Nam cum ſanctus Franciſcus apparuiſſet matri ſue ſancte Bir.
inuitans eaꝫ ad viſitandũ cameraꝫ ſuã eccleſiã. ſ. que dicit de portiuncula apd
aſſiſiũ. ꝑceptum fuit ei a chriſto ꝙ beata Catherina illã ſequeret qa deſiderio
magno illuc affectabat peregrinari aſſecurata a xpo ꝙ in inſtantibus periculis
viaꝝ ipſas conſeruaret itinerantibus ergo illis cũ decẽti comitiua contigit ꝙ
inter deuia montium aberrantes in crepuſculo venerunt ad quandã paupem ta
bernulam vbi neceſſaria ſe collocarunt ſupuenientibuſq latronibus qui capti
pulchritudine beate Catherine verba venerea iaculabant efflagitarunt ille di
uinum auxiliuꝫ volentibuſq latronibus in eam reſilire libidinoſe ſubito factꝰ
eſt impetus magnus quaſi aduenietis exercitus ⁊ colliſio armoꝝ ⁊ clamor vo-
lentiuꝫ latrones capere at illi territi clamoribus ſtatim diffugierunt ſic auteꝫ a
ꝑiculo diuinitus liberate. mane facto continuarunt iter collocãtibus iteꝝ latro
nibus inſidias ex vtraq pte vie ille in domino cõfiſe vidẽtes latrones ex vtraq
pte vie in maluꝫ paratos ab ipſis minime viſe ſunt ablato illis tm̃ lumine dici
quãuis circũquaq orbis terraꝝ limpido illuminaretur lumine ſicq euaſerunt ma
cus eoꝝ in nomine domini ꝑfectaq ꝑegrinatõe cõſolatõibus diuinis recreate
nimi gaudio laudantes deũ Romam redierunt. Credendũ eſt nãq xpm in via
iunxiſſe ſe illis peregrinantibus ſicut iunxerit ſe diſcipulis cleophe ⁊ luce pere
grinantibus in emaus. luce xxiiii. c. Et hinc eſt ꝙ calixtus papa cõione xpiana
priuant omnes moleſtantes romipetas ⁊ alios peregrinos. xxiiii. q. iii. Si quis
romipetas quod etiã innouauit Alexander tertiꝰ. in. c. Innouamus de treu. et
pace. ¶ Legitur etiã alia deuota peregrinatio in ꝓceſſu canonizatõis matris
eius. ſ. ſancte Bir. vꝫ ad ciuitatem Sipontinã in regno Neapolitano que ciui
tas ⁊ ſi deſtructa eſſet ⁊ ꝓpterea doleret ꝙ multoꝝ bonoꝝ reliquie ⁊ corpora
iacerent ibidē tanq immũda ⁊ ſine muro reſponſum habuit a xpo ſibi dicente

in viſione. Sicut habeo animas electoꝝ meoꝝ in meipſo ſic etiam curam ha
beo de reliquiis amicoꝝ meorum que theſaurus meus ſunt donec recipiant du
plicia eis repromiſſa nec quia muri deſtructi ſunt etiam gratie obolite ſunt.
Nec eſt locus ſanctior Iheruſalem vbi xp̄us impreſſit veſtigia ſua qui locus
nunc deſpectus eſt ⁊ propter inhabitātes infideles cōculcatur tn̄ quicunqꝫ illuc
peregrinantur eandē priorē remiſſionem ⁊ gratiam inuenit ſi cū caritate ⁊ per
fecta voluntate vadat ſicut ⁊ prius euntes an̄ Romam inueniebant propter fi
dem aduenientium ⁊ laborem caritatis ſicut pꝫ. li. iiii. reuelationum. c. cxiiii. in
additione. et. c. lxxxi. eiuſdem libri. iiii. in. declaratione. Subdit qꝫ ſi donarent
alicui mille milia annorum ſicut ⁊ donantur propter fidem ⁊ deuotionē venien
tium ad indulgentias adhuc non eſſet digna ponderatio ad obtinendam diui-
nam caritatem ſine gratia dei que quidē caritas veraciter donatur ⁊ promeret̄
propter indulgētias iſtas quas ſancti dei ꝓmeruer̄t ſanguine ſuo et ibi ſubdit
aliqua pulchra ⁊ digna de veritate ſudarii. ¶ Legitur etiam alia deuota pere
grinatio ad ſepelcrum ⁊ reliquias ſancti nicolai in ciuitate baren̄ in regno nea
politano de qua apparet li. iiii. reuelationum. c. ciii. vbi matri ſue apparuit. S.
Nicolaus ⁊ reuelauit cur ex corpore ipſius oleū continuo emanet. vt. ſ. plures
edificentur ⁊ participent de gratia data. ¶ Legitur ⁊ alia deuota peregrinatio
ad ſepulcrum. ſcilicet ⁊ religas ſancti Thome apoſtoli vbi mater eius ſancta
Birgitta ſcilicet in ciuitate ortona eiuſdē regni neapolitani meruit habere re-
uelationem qꝫ in illo loco pro certiſſimo ſunt eius reliquie et qꝫ nec alibi ſunt
ita multe ſicut in illo altari incorrupte ⁊ indiuiſe ⁊ quomodo illuc fuerunt tranſ
late et quare iaceant ibi occulte et qꝫ ſicut corpora apoſtolorum petri et pauli
ſunt in Roma ſic reliquie ſancti Thome apoſtoli ſunt in ortona. ¶ Legitur
etiam in legenda ſua qꝫ in primo anno aduentus ſui romam multum humiliter
per ſtationes ⁊ limina ſanctorū ſuas peregrinationes compleuit cum. xviii. an
num ſue etatis nondum exceſſiſſet vbi etiam comite matre p. xxv. annos ⁊ vl-
tra deuotiſſime perſeuerauit. Et propter huiuſmodi indulgentias dicendum
ipſam beatam Catherinam factam in conſpectu dei ſicut angelum. ut probat̄
ex. c. xvi. libri. iiii. reuelationum. et prout bene declarat dominus Johannes
de turre cremata in ſuo defenſorio articulo. xl v. Angeli aūt eo ipſo ſunt cano-
nizati a deo. ⁊ eccleſia ideo in letaniis publice orat. Omnes ſancti angeli ora
te pro nobis. ⁊c. ⁊ in oratione Deus qui miro ordine angeloꝝ ⁊c. ⁊ pſal. Lau-
date dominum omnes angeli eius. Et in euangelio Angeli eorum ſemper vi
dent faciem patris qui in celis eſt Pro qua reuelatione verificanda dicit Al-
bertus in. iiii. ſententiaꝝ di. xxii. qꝫ indulgentie valent omnibus tā exiſtentibꝯ
in ſtatu gratie q̄ꝫ in peccato mortali. ſed differenter quia exiſtentibus in ſtatu
gratie valent ad diminutionem pene expiatiue ſiue iniuncte ſiue iniungēde ſi
ſacerdos iniūgens errauit. Sꝫ exiſtibus ī mortali valēt duplr̄. vnomō ꝑ modū
illū quo dicimꝯ vnū alii poſſe merē primam ḡriam cōuerſionū ſi orat et ieiunat

⁊ alia bona opa facit ꝓ eo Si enim hoc poteſt vnus. multomagis hoc poteſt ecclesia per theſaurum omnium meritoꝝ quos ſup eum ponit indulgentia Alio mō qa opa de genere bonōꝝ vicinant hominē gratie ⁊ multo āplius indulgentia cū fide etiā informi vicinat homines gratie ⁊ facit conuerſioni magis ydoneum. talit vero puto ualere indulgentias exiſtentibus in mortali pccō hec Albertus. Latius in ꝯmento meo ſup ext̄rag. clemētis. vi. de iubileo que incipit vnigenitus dei filius poſt. d. Egidiū de bellemē ſup ext̄rag. bonifacii viii. que incipit. Antiquoꝝ. ⁊ gaſparem de calde. in repetitōe. c. cum ex eo de peni. ⁊ remiſ. ⁊ Ja. de zoch in repetōe. c. Omnis vtriuſqꝫ ſexus. v. ſi. de peni. ⁊ remiſ. ⁊ Jo. me. ſup dicta ext̄rauagantī. Antiquoꝝ. ex. c. cii. vi. libri reuelationū apparet ꝙ indulgentie eccleſiaꝝ vrbis Rome maiores ſunt apud deum ꝙ̄ ſonant qa hii qui corde pfecto veniunt ad eas nō ſolū remiſſionē peccōꝝ habēt ſed etiam gloriā eternam. Nam et ſi homo millies occideret ſe pro deo non eſſet dignus ad minimā gloriam que datur ſanctis et licet homo non ſufficiat viuere ad tot milia annoꝝ tamen quia pro infinitis peccatis infinita debentur ſupplicia que homini impoſſibili eſt ſatiſfacere in hac vita. ideo ꝓpter indulgentias relaxantur multa ⁊ grauiſſima pena ⁊ longiſſima cōmutatur in minimā ⁊ hii qui habitis indulgentiis cū caritate pfecta ⁊ contritione vera decedūt de mundo ſoluūtur non ſolum a peccatis etiam ⁊ a penis qa ego deus non ſolum dabo ſanctis meis que petunt ſed etiā duplicabo ⁊ centuplicabo ꝓpt̄ caritatē Et. c. vero. iiii. li. vii. apparet ꝙ ſumma delectatio cordis dei eſt viſitantibus omnibus loca ſanctoꝝ ⁊ honorantibus reliquias eoꝝ. ſ. qui miraculi glorificati ſunt ⁊ a ſummis pontificibus canonizati retribuere eterna p̄mia ſecundū volūtatem ⁊ fidem ⁊ labores viſitantiū ea. In. c. etiā. xiiii. li. viii. in fine dicit ꝙ rome ſunt indulgentie que ſunt eleuationes ⁊ redemptiones aīaꝝ quas ſancti pontifices conceſſerunt ⁊ ſancti dei ſuo ſanguine promeruerūt ⁊c. Similiter ⁊ in. c. cv. li. vi. ſubdit matrem dei ſibi reuelaſſe ꝙ in vrbe Roma ſunt maiores indulgentie ꝙ̄ homines credere poſſint quas ſancti dei glorioſo ſanguine ſuo ⁊ precibus a filio dei impetrare promeruerunt.

Irca ſextū vero. vt iniciū ſanctimonie totius vite eius ſumatur ab infantia que quicquid videt Jgnorat. lege. i. C. de falſa moneta. ⁊. c. i. ⁊ de delictis pueroꝝ. ⁊ nō. de conſec. di. iiii. paruuli Dico in ea precipue attendenō ꝙ etiā in cunabulis diuina gratia demōſtrauit future ſanctitatis ⁊ predeſtinationis eius indiciū Nam nutricis officio tradita ꝓpter eius inpudicam ⁊ laſciuā vitā vt probabili coniectura cōniciebat ſurgē eius mamillas abhorrebat mānas ſolummō matris ſue ſancte ⁊ q̄runō abſtinētium dn̄aꝝ ſine horrore bibens aliaꝝ vero incontinentiū mulieꝝ lac velut ab ſintheum cū lacrimis refugiens ac vagitu. immundū ergo non manducauit ex vtero matris ſue. prodigioſuz ⁊ mirabile namqꝫ fuit hoc ⁊ nō ſupſticioſuz ſicut illud de quo in. c. ⁊ ſi iudeos de iudeis. Circa quod dico ꝙ etiā infantibꝰ per

baptiſmum conferuntur gratia informans ⁊ virtutes in habitu ſicut et adultis
vt in cle·pma in fi· de ſum·tri·⁊ habetur in·c maiores·§·illō vero de baptiſmo
⁊ per magiſtrū in. iiii·ſentētiaꝝ·di·iiii· vbi Alexander Albertus ⁊ Tho· ⁊ q̄ſi
omnes theologi cōcordant quo ad virtutes theologicas·ſ·fidem ſpeꝫ ⁊ carita
tem ⁊ etiā quo ad morales·ſ·iuſticiā fortitudinem tēperantiaꝫ ⁊ prudentiam ⁊
alias de qbus ·xxviii·q·i·§·ex his· ¶ Simile eſt qđ legit̄ de ſancto Nicolao
epiſcopo qui certis diebus in qualibꝫ ſeptima abſtinebat a ſugendis vberibꝰ
matris infantulus· ¶ Simile eſt etiā quod legitur in legenda ſanctoꝝ quirici
infantis ⁊ iulite matris eius de quo in·c· Sancta romana·xv·di·qa gratia criſti
non eſt alligata vt vult Augꝰ in quodā ſermone de epyphania facit quod nō·
archid·in·c·cathecuminū de ꝯſec·di·iiii·qui etiā ad hoc allegāt tho·et pe.
¶ Facit ad hoc notabile exēplum de quo p̄ vinc. in ſpeculo hyſtoriaꝝ li·xxv·
c·xxxi·ad fi·de ſancto infante babillo·⁊ de ſancto infante Romano ⁊c· Et qđ
nō·do· Jo·d turre cremata cardinalis ſancti ſixti in li. queſtionū ſup̄ euangeliis
feſtiuis allegans ſanctū Tho·ſcđa ſcđe·q.cxxiiii·arti i·in reſpōſione ad primū
ꝯrium ⁊ duas auctes Auguſtini. ⁊ ad idem Bernardus in quodā ſermone d in
nocentibus· ¶ Item cū infantē hanc ablactatā ſancta mater eius de educatōe
filie ſollicita cuidā deuote ⁊ ſancte opiniōis abbatiſſe ⁊ Riſaberga tradidiſſꝫ
ſanctis moribus educandam innocentie pſecutor dyabolus dormientē puellaꝫ
abbatiſſa in orationibus excubante in ſpecie bouis cornibus· d lecto proiciēs
in pauimento ſeminiuam reliquit· abbatiſſa vero puelle gemitū audiens cele
riter accurrit eamqꝫ q̄ſi iam mortuā in ſinu ſuo collocauit cui dyabolus iterum
horribilis apparens dixit qꝫ libenter eā occidiſſem ſi a deo pmiſſus fuiſſeꝫ qđ
quidē maximū teſtimoniū extat ſue p̄deſtinatōis ⁊ electōis· ¶ Inſup etatis ſue
anno·vii·ſemel a coeuis ſuis inducta ludis puellaribus ſemel intendebat. Sꝫ
ne talium ludoꝝ vanitas ipſius animā innocenteꝫ diſſolueret dei mīa ſequenti
nocte factū eſt vt videret in ſomnis multos imundos ſpiritus in ſpecie puppa
rum cubiculum ſuum ſubintrantes qui eam de lecto eiectam flagellis ceciderēt
adeo qꝫ in craſtinum toto corpore liuida videbatur vnde poſtmodū oēm diſſo
lutionis materiam ⁊ ludoꝝ vanitatem prorſus dereliquit ampliꝰ cū ludentibꝰ
ſe non commiſcens· ¶ Contigit etiā ſemel Rome viuēte eius matre qꝫ quedā
matrone nobiliores rogarent eam vt recreationis cauſa cū eis exiret muroſ vr
bis· ⁊ cum veniſſent añ macerias vineaꝝ rogarunt·d·catherinā quia ſtature p̄
cere erat vt eminentes botros extra veneam eis caperet que cū p̄ paup̄tate qꝫ
elegerat manicas ꝯſumptas ⁊ repeciatas int̄ tantas dominas nō erubuit paup̄
⁊ abiecta reputari brachiis itaqꝫ extra ſinum porrectis ad colligendas vuas ap
paruerunt brachia eius iacincto ⁊ purpura optime ornata vnde multū ſtupētes
ſingule tangunt manicas illas precioſa purpura ſplendentes vt veris teſtibus
eſt comptum· ¶ Alio quoqꝫ tp̄e cū grauiter infirma lecto decūberet quidam
baro romanus ludouicus noīe cū obtinuiſſꝫ a matre qꝫ filiā infirmā viſitaret·ſ·
Beatam Catherinam que cum iaceret ſuper ſtratorium ſtramenti Baroni illi

introeunti eiuſqꝫ comitiue viſus eſt lectus optimis paramentis ſtratꝰ d. ſuper
habens aureum ⁊ coccineū operimentū admiratuſqꝫ eſt plurimū cum paupes
reputarentur ⁊c. ¶ Vite etiā ſanctimonia ex multis miraculis per eaꝫ diuina
virtute factis compꝛobatur vt ſatiſſiat doctoꝛibus cōiter volentibus in canoni
zatione virginum non martiꝝ debere cōcurrere etiā miracula in vita vt ꝑ glo.
in. c. i. de relig. ⁊ venera. ſanctorum li. vi. ⁊ per Bellemere in. c. venerabili de
teſtibus ⁊ hoſti. in ſum. de reliq. ⁊ venera. ſcōꝝ de quo ꝑ ſanctū Tho. ſcđa ſcđe
q. clxxviii. arti. ii. Quoꝝ quīđ miraculoꝝ duo ꝑ̄termittenda non duxi.
¶ Accidit nanqꝫ in pruſcia cum in itinere ex laboꝛe ⁊ infirmitate plurimū fati
gata curru veheretur quīđ eius familiaris ſedens in curru obdoꝛmiret ⁊ exagi
tatione currus ꝑ̄ceps inter pedes equoꝝ caderet roteqꝫ ſuccedentes coſtas eiꝰ
in tantū confregerunt ꝙ vix anelitum traheꝛ̄ valens in curru leuaretur illi ſicut
omnibus infirmis et tribulatis ſicut ſempꝛ ſolita erat benigne cōpatiens latus
eius contritum ⁊ coſtas confractas legens aue maria manu leniter cōtractabat
at vbi mulieris ſancte manus coſtas cōfractas tetigit virtus diuina ipſa ſolida
uit doloꝛqꝫ receſſit vt q vix pꝛopter inmanē cruciatuꝫ reſpirare potuit. letus
eađ die ⁊ omnino ſanus diſcurrit. Laudes deo ⁊ beate Catherine exſoluens
pꝛo recuperate beneficio ſanitatis. Et ad inſtar beati Benedicti vt patet in
legenda eius. ¶ Contigit etiā quenđ de familia monaſterii vaſteñ de alto
quodaꝫ edifitio ſupꝛ lapides ⁊ ligna ꝑcipitem ruere ſed paſſus hanc ruinaꝫ
validam fracis coſtis dexteri lateris vt moꝛis eſt ſic cōquaſſatis cū difficulta
te anelitum trahere vix valebat ꝙ cum pie matri monaſterii nunciatum eſſet
ipſa condolenſ infirmo deſcendit ad ianuā monaſterii ⁊ oꝛatione premiſſa leſa
menbꝛa tetigit ad cuius tactum diuina virtus menbꝛa confracta conſolidauit
leſuſqꝫ ſanus factus ad laboꝛem ſtatim rediit magnificans deuꝫ q talem ꝑ̄tātēꝫ
dedit hominibus virtutem dei in manibus illius exiſtere omnibus ꝑ̄dicans et
pꝛobantur hec duo miracula quaſi ꝑ om̄s teſtes ſupꝛ libꝛo legende ⁊ ſupꝛ arti. v.
examinatos. ¶ Contigit etiam Rome papa ꝑ̄moꝛante. anno dñi. M. ccc.
lxxix in die ſancti ſaluatoꝛis de menſe nouēbꝛis vt appꝫ ſcriptū in facie ecclie
S. marie de minerua i lapide ſemel inundatōe tibꝛis nimium excreſcente ita
ꝙ monaſteriū ſancti Jacobi ⁊ multa alia circūſtantia loca ⁊ edificia inundatio
aquaꝝ ſupergrederetur Romani timentes vꝛbis excidiuꝫ inito conſilio vene
runt ad. B Catherinam ut cum eis deſcenderet ad decurſum aquaꝝ inundatū
dominū deꝑ̄catura que cū lacrimans negare cepiſſet coacta fuit ſe aquis obicē
ipſaqꝫ pedibus pꝛofluuiū tangente rediit velociter ad alueum ſuū fluuiuſ ſtupē
tibus vniuerſis laudantibuſqꝫ dñm ⁊c. Mira res ꝑfecto ad inſtar Joſue cuiꝰ
tpe ioꝛdanus fluuius cōuerſus eſt retroꝛſum Joſue. iii. ⁊. iiii. c. ⁊ pꝛobatur ꝑ viii
teſtes ſupꝛ legenda examinatos ⁊ per teſtes examinatos in curia. ¶ Neapolis
ēt mulierēqꝫ a demonio vexatā ſuis oꝛatōibus liberauit. ¶ Rome ēt mulierē
que ſeptem filios peperat aboꝛtiuos octauā filiam viuam enixa eſt eius ſuffra
giis quā birgittā noīauit. ¶ Rome etiā nobilis mulier romana obſtinata pꝛe

cibus beate Catherine ad penitentiam ⁊ confitendum inducta et de terribili
ſigno quod tunc ex tiberi apparuit. ¶ Item tpe quo beata Catherina erat ab
batiſſa ꝑfati ſui monaſterii vaſteñ ſuis precibꝰ obtinuit fugari oīs pediculos
ab indumentis fratꝝ ⁊ ſoroꝝ quod priuilegium ꝑdurat vſqȝ in hodiernū diem
infra ſcepta dicti monaſterii vt ꝑ plures teſtes probatū eſt in proceſſu ⁊ refert
quartus teſtis ſe eandē gratiā obtinuiſſe ex auxilio implorato ab ipſa. B. Ca
therina. Ex qbus relucȝ illius pietas in proximos ſuper excellentiſſima necñ
⁊ in virꝝ eiꝰ. d. Eguardū quē ſcis exhortationibus inflexit ad ꝑpetue caſtitatis
votum iurandum quē nihilominus tenerrime in domio diligebat. Pia pariter
fuit in damna que venatores fugiens caput ſuū in ſinum eius māſuetiſſime re
clinauit ⁊ eius ſupplicationibus libertati priſtine donata ē. ¶ Piiſſima in pau
peres ⁊ peregrinos ⁊ infirmos ad hec per ſanctā matrem in annis puerilibus
edecta. ¶ Piiſſima demū in matrem ipſam viuentem ⁊ mortuam vt plenius
appȝ ex eius legenda in ea parte in qua deſcribitur quāte cōpaſſionis fuerit er
ga proximos. ¶ Similiter etiam relucet illius ſumma prudentia tā ex ꝑdictꝭ
qȝ ex applicatione recte rationis ad opera que nō fiunt ſine appetitu recto nec
non ex eo quia repleuit lampadem ſuā oleo multoꝝ laboꝝ caſtiſſimoꝝqȝ moꝝ
necnon etiā actuū ſtrenuoꝝ vt exire poſſet obuiā xp̄o dn̄o eius ſponſo media
nocte venienti ⁊ parata intraret celi portaȝ cū dono conſilii ⁊ beatitudine mīe
¶ Hūilitas relucet etꝭ maxima tā in vera paciētia in pſecutōibus pp zeluȝ dei
qȝ ēt in paupe habitu ⁊ cubili ⁊ in ſubeundis diſciplinis. refrenans aīm ſuū ne
īmoderate tenderet in excelſa ꝑter rōnem rectā non ſe exiſtimans eſſe ꝯ id qꝺ
erat ⁊ conſiderans ſuū defectū tenens ſe in infimis cū laudabili delectatōe et
in interiori mentis electione. ¶ Pudicicia quoqȝ ſumma relucet ex excōcluſio
ne oīm actuū venereoꝝ aſpectus. ſ. ipudici oſculoꝝ ⁊ tactus cū ēt oculos a tra
non ꝑſumēt eleuare ſine cōfeſſorꝭ pn̄tis licentia ita vt oīo ꝑ omnia irrep̄henſi
bilem ſe cuſtodiuit refrenans inobedientiā genitaliū membroꝝ cōtēnēs ſeculū
cū pompis eiꝰ nuptialibꝰ. ¶ Sobrietas eiꝰ parit non mediocriter relucet ex
continuatis ieiuniis conſeruans ſemp bonū ratōis ꝯ omnem potū a quo poſſȝ
impediri rōis vſus nec propter īmoderantiā delectatonis bonū rationis abſor
beretur ab ebrietate vel crapula ſcd̄m hm̄ōi vicia ieiuniis ⁊ abſtinentia mira-
biliter cōprimens. ¶ Caſtitas eius etiam ſumma reſultat ex caſtigatōe ⁊ refre
natione omniū cōcupiſcentiaꝝ ſcd̄m rōem ꝑcipuam in venereis retraxit nanqȝ
ſꝑ ſe mentēqȝ ſuā a rebus illicitꝭ vt delectabiliter cōiungetur cū caritate cōiun
gens ſe deo per eius inſpirationem cū ōnimoda cōtinentia. ¶ Quietudo vo
eius mirum etiam in modū relucet ex eius māſuetudine ⁊ clementia ꝑcipuaqȝ
modeſtia in cunctis exterioribus motibus corpis eius vt in apparatu ⁊ in cete
riſqȝ ſerio aut ludis agunt ⁊ qa in oēs pacifica excluſa ꝓrſus oī curioſitate cū oī
ſufficiētia in opibꝰ caritatꝭ ⁊ innocentie pp que multā glām fecit deus cum ea
Ex qbꝰ iā manifeſta demōſtratō pȝ ꝯcluſio oīa ea ꝺ qbus in immo ꝯfeſſoꝝ ⁊. c
miramur. lxi. di. ⁊ eccl. xliiii. ⁊ nō ꝑ collectariū ⁊ alios in. c. i. de rel. ⁊ ven. ſcōꝝ.

Irca ſeptimum vero· videlicet circa mortem illius piaꝫ ⁊ religio
ſam·dico ꝙ ſcõꝫ ꝓphetaꝫ pˢ·cxv.ꝑcioſa in conſpcu͂ dn͂i ſit mors
ſanctoꝝ ⁊ audiuit Jo apoſtolus in apocalipſi vocem dicenteꝫ ſibi
Beati mortui q in domino moriu͂tur·dicente illis ſpu͂ ut regeſcant
a laboribus ſuis ⁊ opera illoꝝ ſeque͂tur illos. Quod ꝯ de reprobis dicit mors
peccõꝝ peſſima·pˢ·xxxiii·eſſetq impoſſibile eam que ſanctiſſime ſp vixit male
periiſſe· Nec mors mala putanda qua͂ bona vita ꝑceſſit ſcõꝫ Auguſ·c.i· de ci
uitate dei ⁊ proſpeꝝ· ¶ Item cum mors non ſit mala nec in ſortem maloruꝫ
v·q·i·iuſtus ſi morte ꝑoccupatus fuerit in refrigerio erit· Nam prout pꝫ in ei⁹
legenda eo tpe quo vltimo a Roma receſſit cepit in via viribus corporis de
bilitari ⁊ de die in diem languor inualeſcebat.ſpreuitq remedia medicoꝝ ⁊ cu
piens cum paulo diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o qa illi viuere xpu͂s erat ⁊ mori lucrum
Anno igitur·M.ccc·lxxx ab octaua apoſtoloꝝ de me͂ſe Julii vſq ad vigilia͂
annunciationis dn͂ice ·hoc eſt xxiiii·marcii anni ſequentis tam in via q͂ in mo
naſterio ſuo vaſten͂ poſt illius reditum ꝯtinuis ⁊ variis egritudinum paſſiõib⁹
Laborauit ꝑficienſ in infirmitate virtutes creſcenteq egritudine frequentius
ſe ſacramentis co͂muniuit donec lingua carnis obmutuit ⁊ ꝓpter·ſtomachi pa-
ſſionem non audens ſacramentu͂ corpis xp̄i ſumere geſtibus deuotõis illud ve
nerabatur pront potuit·leuatis diu oculis ad celu͂ aliqd ſoli deo cognitu͂ ꝑora͂s
aſtantibus ſororibus ⁊ exitum aĩe illius dn͂o ꝯmendantibus obiit tande͂ feliciꝰ
in dicto monaſterio vaſten͂. anno dn͂i·M·ccc.lxxxi·die dn͂ico vꝫ in vigilia ſeu
profeſto a͂nuntiationis glorioſiſſime virginis marie et in craſtino eiuſdem ho
norifice eſt ſepulta etatis ſue a͂no·lii· In quadrageſime igitur diebus ſanctis ⁊
die dn͂ico obiit qui dies ſup omnes ꝑcipuus exiſtit cum eo·die dn͂s reſurrexit·
ſpm̄ ſcm̄ in diſcipulos tra͂ſmiſerit ⁊ oẽ aliud inſigne dn͂s fecerit vt patet lxxv·
di·c·quod die·⁊·xv·q·iiii.c·i·Et no͂ archid·de conſec̃. di·iii·pronunciandu͂ et
xxiiii·q·iii·c·illi ·⁊ hinc eſt ꝙ pius ſecundus canonizans ſancta͂ Catherina͂ vir
ginem de ſenis ſtatuit feſtum eius debere inuiolabiliter et ꝑpeto celebrari in
prima dn͂ica menſis Maii vt pꝫ in litteris canonizatiõis ſub data.m·cccc·lxi·
tertio Kal' Julii anno eiuſd terrio· ¶ Et no͂ ꝙ die dn͂ico mu͂dus incepit gen͂·
ii·xv.di·c·die ⁊ math·xii·⁊·c·licꝫ de feriis ⁊ die illo ceſſare debemus a labore
quia ſucceſſit in locu͂ diei ſabbati·ex conſtitutione eccleſie multa tn͂ licent que
non licebant die ſabbati·vt dicit Tho·de ꝑceptis iuſticie:c·aliquantulu͂ in fi·
